

tantus est. Sic intellige cum dicitur. Solus est filius. vel solus est spiritus sanctus. Solus est pater. vel solus est deus. Ita eodem modo non nisi ipse ibi pater est. et solus filius. quia non nisi ipse ibi filius est. et solus spiritus sanctus. quia non nisi ipse ibi spiritus sanctus est.

Utrum possit dici. solus pater est deus. solus filius est deus. vel solus spiritus sanctus est deus. vel pater est solus deus. vel filius est solus deus. vel spiritus sanctus est solus deus.

Post hec queritur.

Utrum sic dicitur. solus pater est pater. vel solus filius est filius. ita possit dici. solus pater est deus. vel solus filius est deus. ita et de spiritu sancto. Aut pater est solus deus. filius est solus deus. Ad quod dicitur. quia pater et filius et spiritus sanctus deus etiam unus deus. et hec trinitas simul proprie dicitur esse solus deus. sic solus sapiens. solus potens. Sed non videtur debere dici a nobis. ubi nris ventibus. nisi ubi primo autoritate occurrit. solus pater est deus. vel solus filius est deus. ita de filio et spiritu sancto dicimus.

Aug.

Utrum dicitur solus pater deus est. Utrum pater non est solus deus. Utrum trinitas.

Utrum dicitur solus pater deus est. Utrum pater non est solus deus. Utrum trinitas. Quod non debemus non esse nisi forte dicamus ita esse quod de patre deus. non est solus deus. Esse autem solus deus dicimus. pater et filium et spiritum sanctum. Ecce huius habes. quia pater non debet dici solus deus. atque huius solus in pre subiecti tamen accipere quod volunt. In pre vero predicari sic sic conceditur quod pater est solus deus. Sed ex verbis Augustini. videtur ostendi. quod proprie solus deus dici debeat tota trinitas. Et huius trinitas ut ait Augustinus. contra Maximinum. intelligitur cum apostolus dicit. Dominus et solus potens. et ibi. Soli sapienti deo et ibi. Inuisibili soli deo. Non enim de solo patre habet accipienda sunt. ut contendebat Maximinus et alii heretici. de trinitate. Sic et illud. Solus habet immortalitatem. quia per rectam fidem ipsa trinitas est unus solus deus. beatus potens. sapiens inuisibilis. Ubi Augustinus. in eodem. Locus unus deus sit trinitas. hec sit nobis solutio questionis. ut intelligamus solus deus sapientem. solus potentem. pater et filium et spiritum sanctum. quod est unus et solus deus.

Aug.

Quod dicitur trinitas solus deus. cum ipsa sit cum spiritibus et aibus sanctis.

Sed iterum queritur.

quod ipsam trinitatem dicimus solus deus. cum sit cum spiritibus et aibus sanctis. Ad quod respondet Augustinus. in vii. libro de trinitate dicens. Trinitatem dicimus deum solus. quia unus spiritus sit cum spiritibus et aibus sanctis.

Aug.

solum dicimus: quia non aliud quam ipsa trinitas deus est. Non enim illi cum illa deus sunt vel aliquid alia. sed ipsa trinitas tamen non illi vel alia deus est.

Et si de patre solo predicta dicerent. non tamen excluderet filium et spiritum sanctum.

Veritamen ut ait

Augustinus. et si de solo patre predicta dicerent. non tamen excluderet filium vel spiritum sanctum. quia tres unus sunt. sic in Apocalypsi de filio legitur. quod huius nomen scriptum quod nemo scit nisi ipse. Non enim inde sepe patet vel spiritus sanctus. Et cum dicitur nemo novit patrem nisi filius. non inde sepe patet et spiritus sanctus. quia inseparabiles sunt. Aliquid etiam nominant pater et filius. et taceat spiritus sanctus. ut veritas ad patrem loquens ait. Ut cognoscatur te et quem misisti iesus christus esse unum verum deum. Cur ergo inquit Augustinus. tacuit de spiritu sancto. Quia consequens est ut ubique nominatur unus. si cur pater et filius. tanta pace unum adherens intelligatur etiam ipsa pars. quibus non commemoratur uno ergo istorum notato etiam reliquum intelligunt. quod in pluribus scripture locis occurrit.

Aug.

Aug.

Ista est distinctio vice sima prima. In qua quidem distinctione magister postquam declaravit equalitatem magnitudinis divinarum personarum in essendo et similiter equalitatem potestatis in opando. Consequenter declarat qualiter dictiones exclusive dicuntur de deo. Et tria circa hoc facit. Primum inquit an termini personales de personalibus cum dictione exclusiva dicantur. Secundo an termini essentialis de personalibus cum exclusionem vere dicantur. Tertio dat quendam modum generalem. quod predicta sunt intelligantur. Primum facit versus ibi. Post hec queritur. Secundum versus ibi. Veritamen ut ait Augustinus. Tertium versus ad finem distinctionis. In speciali sententia magister stat in tribus propositionibus. quarum prima est. Concedende sunt propositiones in quibus termini personales de personalibus terminis cum dictione exclusiva sumptis predicantur. Istam propositionem magister probando inquit. Cum dictum sit quod tantus sit solus pater vel solus filius. quatuor sunt illi tres. quod est intelligendum cum dicitur solus pater. vel solus filius. cum non sit pater sine filio. nec filius sine patre. Respondeat quod per hoc non excluditur una persona ab alia. sed proprietates relative notae sibi convenire unum ita quod non alteri. Unde sensus est. Solus pater. id est. qui ita est pater quod non filius. Similiter solus filius. id est. qui ita est filius quod nulli alteri convenit filiatione divina. Secunda propositio est hec. Negande sunt propositiones in quibus de terminis personalibus terminis essentialis cum exclusionem affirmantur. Hanc probans querit de istis propositionibus. solus pater est deus. vel spiritus sanctus est solus deus. nec etiam ista est concedenda. Pater est solus deus. vel filius est solus deus. quia est solus deus totum convenit trinitati. et non solus unum persone. Tertia propositio est hec. Personae divine sunt tante coherentie quod una eorum non exprimitur nisi alie cointelligantur. Hanc propositionem probat magister autoritate beati Augustini. igitur et.

Denominum differentia quibus utimur loquentes de deo.

g